

10.)

1978

M

434









*De*  
*Romanorum in Deos pietate*  
*eiusdemque Horatii monitore Horatio Stucco*  
*Od. L. III. Carm. III.*  
*admonita excitata Horatii Romanorum*  
*ab Horatio OD. L. III. C. III.*  
*in Deos pietate*  
CONIECTVRA

CVM SPECIMINE  
ANIMADVERSIONVM IN VIRGILII BVCOLICA

QVIBVS  
FRIDERICVM MOSSDORFIVM

THVRINGVM, LL. C.

SODALEM AESTVMATISSIMVM  
IN ACADEMIAM LIPSIENSEM DISCESSVM PARANTEM  
BONIS OMINIBVS PROSEQVITVR  
SOCIETAS DVC. LATINA IENENSIS

INTERPRETE  
GOTFRIDO CHRISTIANO HABERLAND,

MEININGENSI, REV. MIN. CAND.  
DICTAEQVE SOCIETATIS ET COLLEGA ET BIBLIOTHECAE  
PRAEFECTO.

M. MART. EXEVNTE CIOIOCCCLXXVII.

I E N A E  
TYPIS FELICIS FICKELSCHERRII.





**S**i id, quod honestum, quod laude dignum est, per se ipsum placet, animosque omnium natura et specie sua commouet: ex TE profecto, MOSSDORFI ELEGANTISSIME, in quo, dum mutuum inter nos vinculum intercedebat, multas et egregias virtutes cernebamus.

*in tuo* TE igitur nos voluptatis fructus percepimus yberrimos. Etenim si <sup>ut</sup> reli <sup>caeteris</sup> quis praetermissis sola, <sup>et</sup> quam in disciplinis sequutus <sup>est</sup> ratio <sup>nem</sup> commemoramus <sup>est</sup> randa est, TV sicut magistris nostris celeberrimis singulares, quas in le. \* h. vl. cap. R. sed confirmat. h. h. p. 287 gibus cognoscendis et interpretandis progressiones fecisses, mirifice probasti, vt, quibus TVI cognoscendi copiam facere velles, ad vnum TE omnes in paucis colerent, amarent: ita nos etiam in TE litterarum humanitatis scientiam adcuratam et summum studium magno sumus cum plausu admirati. Illa TV <sup>omnibus</sup> ~~in~~ <sup>mat</sup> ~~ibus~~, quae non parua fidelissimae institutionis Mitekii, nunc Cizensis scholae praefecti, laus est, in complexum nostrum veneras, eam vt strenua industria perficeres elaborans; quae honesta contentio quem euentum habuerit, nuper oratio TVA de iusto pretio satyris statuendo in lucem emissa testimonium edidit locupletissimum. Summi vero harum litterarum studii ipse testis sum, qui TE non raro, quum ad <sup>idem</sup>, maxime in legendis Ciceronis orationibus, libris de legibus, Liuii item et Taciti,



nec non scriptorum historiae Augustae, Gellii et aliorum monumentis aere  
 perennioribus <sup>brevis occupatum</sup> ~~verisimile~~ cognoverim, nec semel dicentem audite-  
 rim, his libris legendis iuris scientiae cultorem, qui quidem officio suo  
 satisfacere vellet, superfedere nullo modo posse. Quo verissimo iudicio et  
 occupatione imitatione dignissima valde me delectatum esse, quis sibi non per-  
 suadeat? Quidni igitur discessus TVVS nobis acerbus sit, mihi praesertim,  
 cui amicitia, qua me fouebas, nihil iucundius fuit? Sed cedimus legis fe-  
 veritati TE Liptiam vocantis, cedimus forti, de complexu TVO nos abs-  
 trahenti, certi, numquam fore, vt quem praesens nobis fauorem et amo-  
 rem testatus sis, eum absens deponas.

Enimvero quae TE sine hac studii nostri testificatione <sup>dimittit</sup> ~~discedere~~ nole-  
 bamus, ea prouincia mihi gratissima obtigit. Cogitanti igitur, de qua po-  
 tissimum litterarum humanitatis parte disputarem, commode in mentem ve-  
 nit familiaritatis, in quam TV Horatium atque Virgilium recepisses. Ita-  
 que cum vtroque mihi iam res erit, et primum quidem cum Horatio.

*Nobilissimus* ~~inter Romanos lyricos, postea~~ <sup>quod Odorum libro tertio et ipsum</sup> ~~is enim in componendo L. III. Od. III. quid consilii sequutus sit, non~~ *ex*

vna est et constans virorum doctorum sententia. Cuius diffensionis causam  
 non praecipuam, nonnullam tamen fuisse <sup>nonnullam</sup> ~~nonnullam~~ orationem, quam  
 vis poetici ingenii fictrix, sed audacior, vt quibusdam videtur, digressio-  
 ne ad Deorum consilium habitam induxisset, non difficile est intellectu.  
 Poetam enim epicorum in primis a lyricorum, et <sup>id est</sup> ~~id est~~ Pindari atque

*Et cum alijs pluri-  
bus*

*longi  
tactu*

Horatio <sup>facile</sup> ~~facile~~ quaeque <sup>factum</sup> ~~factum~~ non raro esse, vt <sup>reprehensio</sup> ~~reprehensio~~  
 nimis impetu ingenioque luxuria <sup>vbertas</sup> ~~vbertas~~ in imaginem alicuius rei de-  
 inhaereret, <sup>et</sup> ~~et~~ persequeretur, vt, filo orationis abrupto, transitum ad alius  
 nec expectatae rei tractationem faceret. In hoc <sup>genera</sup> ~~genera~~ Pindarus  
 quidem <sup>et</sup> ~~et~~ omnino princeps est, ita et hoc in <sup>genere</sup> ~~genere~~ neminem passus est esse supe-  
 riorem. <sup>modo enim</sup> ~~modo enim~~ argumentum <sup>in quo</sup> ~~in quo~~ veratur, amplificaturus <sup>et</sup> ~~et~~

*cum ingentii calore  
exarsissent*

*et princeps  
quidem in hoc  
tractationem*

quam <sup>in</sup> ~~in~~ <sup>lectu</sup> ~~lectu~~ <sup>signa</sup> ~~signa~~ <sup>nam</sup> ~~nam <sup>magistro</sup> ~~magistro~~ <sup>philosofiae</sup> ~~philosofiae <sup>et</sup> ~~et~~ <sup>potissimi</sup> ~~potissimi <sup>quae</sup> ~~quae~~  
 c) <sup>Conf. G. Barthii</sup> ~~Conf. G. Barthii <sup>diatri</sup> ~~diatri <sup>L. de</sup> ~~L. de <sup>digressionibus</sup> ~~digressionibus <sup>poeticis</sup> ~~poeticis <sup>Vitemb. 1766</sup> ~~Vitemb. 1766 <sup>p. 15.</sup> ~~p. 15. <sup>exponit</sup> ~~exponit~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~



~~ahonovariando exornatus est~~ ~~iam~~ ~~aut~~ V  
 fingentis veritatem demonstraturis, modo orationi maiorem suavitatem  
 illaturus eamque exornatus, modo aliis rationibus commotus tanta in  
 digressionibus usus licentia est, ut fluvio superata ripa in proximum ab  
 utraque parte agrum exspatianti similior, quam <sup>et natura imperiosus</sup> ~~conditatos ripae terminos~~ limites positor  
 terenti videretur. Epimvero Horatius, cui in hoc carmine principatum <sup>autem</sup> ~~in~~  
 hunc ipse concessit, ~~eodem~~ ~~in~~ ~~hoc~~ ~~carmine~~ ~~luxurie~~ ~~inferior~~ ~~esse~~ ~~voluit~~ ~~sed~~ ~~ab~~ ~~ipsa~~  
~~tamen~~ ~~sub~~ ~~temperare~~ ~~non~~ ~~omnino~~ ~~possit~~, ~~quod~~ ~~sedem~~ ~~laud~~ ~~dubie~~ ~~adferre~~, ~~qui~~  
~~bis~~ ~~Plinius~~, ~~argumentis~~. Quae quum ita sint, huius ~~vero~~ ~~audacissimum~~ Cuius Romanorum Lynceum prin  
~~crum~~ ~~epifodium~~, quae ~~ut~~ ~~in~~ ~~sa~~ ~~et~~ ~~ut~~ ~~statis~~ ~~quidem~~ ~~interpretari~~ ~~illud~~ ~~est~~, inter- cipio omnia;  
 pretes fuerunt, qui istam Iunonis orationem arbitrarentur, quae ipsa eos

~~male habuit eo, ne carminis consilium adsequerentur, in caussa fuit.~~ Non  
 defuit enim, qui id non Horatio sed hominioni b) Saeculi XIII tribueret,  
 fictumque ibi vaticinium de Hierosolymis, cuius ciues a קריה Quirites vo-  
 carentur, post Babelicum excidium recidiuis et a Vespasiano denuo vastan-  
 dis reperisse sibi videretur, quae est ingeniosissima Io. Harduini fabella.  
 Fuit, qui pulcherrimam dilogiam c) existimaret, qua diuum Augustum Cae-  
 sareum ob iustitiam inuictamque animi magnitudinem declararet in Deorum  
 numerum receptum et contra M. Antonium perfidia et muliebri mollitie in-  
 famem Diis inuisum periisse: quin et Deos vniuersos, consopito iam eiuii  
 bello, consensisse ad stabiliendum Romanorum imperium. Quam rationem  
 vide, ne ipsius audacissimae vatem digressionis arguat, nec carmini non fa-  
 cile ferendam vim adferat. Massonus d) laudari constantiam Augusti ait,  
 qua is, teste Dione Cassio L. LIII, c. 6. a. V. C. 1000XXXXIII. ex Sicilia, vn-  
 de in Asiam iter pararet, reuocari se Romam ad turbas occasione consula-  
 rium comitorum ortas non passus esset. Cui Gesnerus bene, si quid iudico,  
 se nescire, opposuit, an iste hic iustum et tenacem propositi virum ~~felo~~ felo firmi  
~~de~~ praestiterit. Inuenti sunt, qui Horatium dehortari Augustum voluisse

b) Gesneri verba sunt ad argum. huius carm. p. 132. ed. II.  
 c) sunt ipsa Baxteri verba in argum. h. c.  
 d) vid. Gesnerus l. c.

*obscena*  
*non inuit*  
*du*  
*imell*  
*me*  
*ex*  
*longi*  
*latu*  
*u.*  
*refer*  
*nit*

opinarentur, ne, quod Iulius Caesar, Suetonio e) auctore, vel Alexandriam vel Ilium migrare cogitasset, idem ipse de sede imperii Ilium transferenda consilium caperet. Tanegidus Faber f) hac ratione excogitata facem alii praetulit, nactus egregios interpretes Dacierium g), Gesnerum h), Klotzium i), Barthium k), et si qui alii sunt, sequaces. Cuius sententiae fundamentum quum nuper Cl. Wiedeburg l) ita labefactasset, ut ea consistere vix aut omnino non posset, ~~ingressus est~~ ipse <sup>in</sup> aliam viam, qua difficilis <sup>in illo loco</sup> ~~hic expediendus~~ <sup>aliam</sup> ~~est~~, expediri nodus posset, ~~scilicet~~ <sup>scilicet</sup> ut iustitiam et animi constantiam laudari diceret, et his virtutibus quomodo via ad caelum nominisque immortalitatem pararetur, doceri; in quorum numero quum Romulus quoque positus fuisset, moneri eum nec ipsa Iunone inuita Deorum consilio adscriptum esse, atque inde occasionem, altius licet repetitam, arripi, verbosam Iunonis orationem in Deorum concilio Romanorum pro salute habitam intexendi. Elegans profecto et superioribus longe melior disputatio, qua ipsa tamen vereor, ut tota ~~Horatii~~ <sup>Horatii</sup> poetae mens aperta nec audacior ista digressio statuenda sit.

Mea me qualiscumque coniectura eo fert, ut Horatium pntem celebrasse Augusti Caesaris in regendo, quod multis laboribus parauisset, imperio Romano iustitiam, in tuendo constantiam, animi magnitudinem, fortitudinem, finiumque orbis Romani vi armorum victrice ac fortitudine in dies propagandorum amplitudinem, sed hac lege celebrasse, ut iustitiam civis magis, quam factum adhuc esset, colerent, luxuriei avaritiaeque moderarentur, Deos numquam venerari et colere negligerent, eorum adeo cultus religionumque sanctitates exsisterent in dies maiores melioresque. Hac ratione

e) in eiusd. vita c. 79.

f) epist. 2, 43.

g) in commentar. ad h. l.

h) in argum. et not. ad h. c.

i) in lect. Venus. ad h. l.

k) l. c. p. 16. sq.

l) in diatr. de nexu in odis Horatii p. 27. sq.

Consilium in  
h. l. poetar.

Romanor. p. 250.

J. l. vesp. v. 101.

Batteffum in  
videtur in h. l.  
gallica Horatii

in illo loco  
aliam  
viam  
est

ratione admissa, mihi quidem sublatae omnes, quibus carmen vrgetur, difficultates videbantur, nec indignum, quo poeta occuparetur, argumentum esse, quod aliis etiam locis praeclare tractauisset. Eam igitur coniecturam carmini conuenientissimam esse, hoc iam, omnia aliarum carminis virtutum notatione, planum facere conabor.

Iam quam iusti fortisque viri laudem principium carminis persequitur, et sic persequitur, vt his virtutibus Hercules ac Pollux, inter quos Augustus locum occupasset, item Bacchus et Romulus sedes sibi caelestes comparasse dicantur, eius tractatio ita comparata est, vt Nostrum *se* Augusti praeclare facta celebraturum esse, cognosci sine negotio liceat. Quo enim *ciuium ardor praua iubentium m)*, nisi ad bella ciuilia et populum Romanum, cui proprium *iubere* fuit? quo *vultus instantis tyranni*, nisi ad M. Antonium? quo *auster dux inquietus turbidus Adriae*, nisi ad eam, qua istum, M. Antonium, denicerat, pugnam Aetiacam facilius spectare possunt? Dices: iustum se iste princeps non in quauis causa praestitit. — Non praestitit enim sublata republica, erepta populo, qua salua republica gloriabatur, libertate, raptis maioribus ad se prouincis cet. sed esto: ipse omnino vir iustus non fuit, eius tamen virtutis speciem non vanam prae se tulit; quae quidem Suetonius, Dio Cassius, Tacitus, alii de sanatis ab ipso, quibus imperii corpus quum maxime laborauisset, vitis retulerunt, haec omnia maiora sunt, quam quae hac de laude, si iniuri simus, detrahi quidquam patiantur: vt adeo Noster Od. L. IV, c. 15. v. 8. sqq. item epist. 1. L. II. init. recte cecinisse putandus sit. Cf. Od. L. IV. c. 5. v. 21. sqq. Tacit. Ann. I, 9. Virgil. Georg. 1, 500. sqq. Atque haud scio, an isto imperii gubernacula tenente melius cum Romanis actum fuerit, quam fuisse aut Pompeio aut Antonio aut Lepido rerum summa potito.

Iusti

m) L. III. Od. 15. v. 17. 18. quidem  
*Custode rerum Caesare, non furor  
 Ciuilis aut vis eximet otium  
 aperte ad Augustum Caes. pertinent.*

Iusti igitur Augustus nomine ornari potuit; meruit et ipſius *ſenacis propoſiti* i. e. fortis? Dignus vero vel hoc fuit, nec de eo dubitauerit, qui res ab ipſo geſtas teneat, et conſpirationes ipſi et inſidias ſtructas cogitet.

*Si fractus illabatur orbis* cet. Hic ſi quis cum vetere interprete gradatione a populo ad Iouem et caelum uſum vatem dicat, ei non repugnauerim; nihil tamen video, quod impediatur, quo minus de tempeſtate accipiatur, qua Auguſto, quum pugna Actiaca pugnata hieme Italiam petebat, <sup>†</sup>conſultandum bis fuit. Nec ſine cauſa Pollucem inter et Herculem Auguſto ſedes conſtituta videatur, vt qui huic haecenus non diſſimiles erant, quod ipſis non minus quam iſti multos labores exantlandos et cum tyrannis contendendum fuiſſe, fabula docet. Enimvero ea comparatio principi celebrando honorificentiffima et eſt et eſſe debet, qua quidem ſtatim poſt tractatum locum communem inſtituta conſilium ſuum Noſter fatiſ proſidit.

*Inter hos igitur Auguſtus recumbens*

*† eſt haec lectio vulgata,  
quam multi libri  
ſcripſerunt et eod. praeſentant.  
et aliorum*

*Purpureo bibit ore neſtar.*

Non promittitur heroi inter hos locus, quae ~~eſt~~ Barthii V. Cl. I. c. ſententia, (ſed hunc iam tenentem facit n). Nam quum is ab anno inde aetatis ſuae XXVIII. per ſingula oppida in deorum tutelarium numerum receptus eſſet, non aliena ab hoc loco eius rei licet haud aperta commemoratio erat. *cf. epiſt. ad Auguſt. praefati tibi maturos largimur honores, ſit Od. III, 5. „praefens diuus habitus ſtingit,“ haec dicitur*

Bacchus et Romulus vterque, quod monuit iam Geſnerus, et legiſlator et ciuiliſ vitae auctor fuit; itaque ſimilitudo, quae, vt par hoc componeretur, effecit, in promptu eſt. Hunc vero in honorem Auguſti laudari, non inepte vetus interpres coniecit, cui quidem inde verſimilitudinis non parum accedit, quod gentem Iuliam ortum ſuum ad Venerem et Anchifaſm retuliſſe, ab iisdemque ipſum Romulum oriundum fuiſſe, res non inaudita eſt.

Quidni

n) v. Geſn. ad l. qui ipſe ſcripturam *bibit* altera *bibet* longe elegantioreſ veriffime pronunciauit. *et Paſſeratius no non Lambinus ſem ſtatuerunt, licet hic ſubdubitant. cf. animadu. ad Horat. opera Francof. 1596. 4*

Quidni ergo credi possit, Nostrum in eo fuisse, ut diuinum ab Augusto honorem iure expeti et adfectari probaret? cui rei aliunde, epist. I. L. II. v. 15. -- 17. robur accedit, quo ipso loco vtrumque istud par cum eodem suo principe, alia quidem, sed ea ratione componit, ut ad ipsum principatus honor deferatur, quae res coniecturam non parum confirmat. Conf. Virg. Georg. I, 503 sqq.

Hactenus igitur bene causam Noster suam egit, an non minus bene perfecit, deinceps videndum est. Itaque Iuno in iudicium adducatur. In huius oratione inuenienda singularis ingenii solertia cernitur, fabulae elegantissime excogitatae artificium carmini tantam iucunditatem conciliat, tantum decus, ut felicissimus Musae Horatianae foetus existimari iure queat, nec vlli alii postponendus.

Romulum (quum Martis <sup>enim</sup> e) equis Acheronta fugisse dixisset, Iuno de hoc quid faciat, ex Aeneae sibi tam inuisa stirpe orto, nepote eodem ex Marte suo, anxia quasi fingitur. Eum si Olympo excluderet, impia in suam ipsius progeniem fuisset, sed idem Iliensium odium suadebat. Quid igitur? Scilicet Troia eversa et populo expulso exitiale, quod suscepisset, odium a se depositum ait, nec, quo minus iste quietis (h. e. beatæ) deorum ordinibus adscribatur, amplius recusaturam promittit, se passuram ostendit, qualibet parte stirpem Aeneae exsulem regnare beatam et omnium terrae gentium potentissimam, se non prohibituram, quominus stet Capitolium fulgens triumphatisque possit Roma ferox dare iura Medis, et Aegyptum sub potestate sua teneat, nolint tamen committere, ut auri melius a terra celati cupiditate vincantur. Nullam orbis terrarum partem adeo inuictam fore demonstrat, quam non arma Romana tangant, tactam occupent; sed hanc armorum fortunam ea lege dicit, ne nimium pii rebusque suis nimium fidentes auitae tecta velint reparare Troiae, i. e. ni freti armorum potentia ac virtute bellica Deorum et iussa et pietatem neglexerint nec parui eos fecerint, tum enim, Deorum vis quid possit, iri probatum.

Quae

e) nam Martis legas an exquisitius patris perinde est.

B

scilicet stupenda erat a paruis initiis profecta imperii Romani magnitudo et potentia, sed nec leuibus Romani vitij laborabant. Illius maius pondus vati futurum videbatur si Iunoni concessa tribueretur, an hoc minor munda erit, si eadem ad moreset. hinc Iunoni oratio!

Quae si ad viuum refeceris, haud facile aliam, nisi, quam supra No-  
stri mentem explicui, cognosces. Sed nunc de singulis videamus. Ac  
primum quidem v. 19-24. quae res tantam et tam perniciosam in Troianos  
iram incenderit, vel ex Homeri Iliade notissimam, exponit; deinde v. 25-  
28. gloriatur euerso Ilio et exfule Priami et omnino regia stirpe; tandem  
\* Virgil. Aen. VII, 52ff. v. 29. sqq. per decem annos ductum bellum refedisse ostentat. Iam igitur,  
iracundiae acerbitate excidio Troiae urbis et extorribus Troianis sedata,  
inuifum sibi nepotem, Romulum, ex Rhea Syluia natum, Marti, quem isti  
patrem fabula tribuit, Amulium scelus sceleri additum arguit p), benignissi-  
me redonat. Intelligis, hic poeta quam apposite nota de Romulo traditio-  
ne, vt dignitatem et populi sui et imperatoris illustret, vtatur? — Nunc,  
pergit Iuno, se isti locum in venerabili Deorum confessu concedere. — Hic  
quoque senatorum Rom. de Romulo, cuius corpori et vitae vim attule-  
rant q), commentum non minus scite ex re sua tractat.

*Dum longus inter saeuat Ilium  
Romanque pontus. cet.*

Et hic effervescentem in Ilienses animum cognosceis. Ni Troiani isti  
patriam teneant, iis quauis terrarum parte, Martis beneficio, beatis et or-  
bis terrarum dominis esse licet, dum Italiam colant, sint potentissimi. Vi-  
des, quam aptam causae suae Noster victrici Romanorum armorum vi et  
potentiae a paruis iniitiis fere incredibili, in quibus numinis diuini modera-  
tionem, vt in vniuersis Romanorum fatiis r), nae quisque agnoscat, origi-  
nem tribuerit?

v. 40. sqq. *Dum Priami Paradisque busto cet.*

Ilio non instaurato — *stet Capitolium*

*Fulgens, triumphatisque possit*

*Roma ferox dare iura Medis.*

Stabat

p) v. Dionys. Hal. antiqu. Rom. libr. I.

q) cf. Dionys. Hal. ant. Rom. libr. II. Liv. I, 16. Plutarch. in vit. Romuli.

r) bene in hanc rem disputauit I. C. Zornius in diatr. de fatali reipublicae Romanae con-  
seruatione. Lips. 1768.

Stabat sum Capitolum sane quam fulgens, de triumphatis Medis vero dubitet aliquis, an ex fide historica dictum sit. Summis quidem laudibus ad fidera tollit non Noster tantum et hoc et aliis locis res Augusti Caes. aduersus Parthos gestas, v. c. Od. L. I, 12, 53. 54. L. III, 15, 7. 23. carm. faec. v. 54. vt alios taceam, sed Virgilius etiam iisdem fere verbis Georg. III, 560-562. vbi de tempore scriptorum a se Georgicorum canit. Sic enim ille

— Caesar dum magnus ad altum

Fulminat Euphratem bello, victorque volentes

Per populos dat iura, viamque adfectat Olympo. V. Aen. VII, 605. sq. Iam, quae Dio Cassius s) L. LI, c. 8. de humili Tiridatis, a Phraate regno eiekti, qua in Augustum vsus sit pro restituendo ipsius vi regno, obsecratione, quae L. LI, c. 20. de litteris adlatis res Parthorum spectantibus, quae L. LIII, c. 33. de commissa Augusto cognoscendae Tiridatis et Phraatis causae cura narrat, his quidem istius imperatoris res tantum dignitatis splendorem obtinuerunt, vt illum poetarum ornatum et excusarent et admitterent, quod minus dubitabit, si quis, quae idem Dio L. LIII, c. 33. L. LIII, 8. et Suetonius Aug. c. 21. de captiuis signisque militaribus, M. Crasso et M. Antonio adentis, Augusto redditis memoriae prodiderunt, mente repetat.

\* Virgil. Aen.  
VII, 606.

At v. 45-48. iis coloribus picta imago est, vt Aegyptum ab Octauio, victo M. Antonio et Cleopatra, in prouinciae formam redactam cerni negare nemo audeat. Quid causae sit, si quaeras, cur Parthos solos et Aegyptios victos Iuno patiat, non item Galliam, Hispaniam, Carthaginem, Siciliam, Syriam, Palaestinam cet. responsio parata est. An magis conueniebat Nostro virtutes et res gestas imperatoris sui praedicanti harum, quam istarum rerum commemoratio? Conueniebat, nisi me omnia fallunt, istarum ab ipso isto heroe gestarum.

Verum enim vero Romani eo, quo Horatius vixit, tempore a praestantissima maiorum tum publica tum priuata disciplina longissime discesserant,

B 2

raut,

s) cf. Ill. Heynii vita Virg. p. 158. 162. sq.

M Horatii oda 14 libri. i. idem allegoria. v. ibi qum in argumento v.  
p. m. 56



rant, auri eos effrenata inuaserat cupido, mollitiei et luxurie, animorum  
robur et neruos incidentis, non parua ipsis inhaerebat infamia, iudiciorum  
seueritas dudum deserat, iudicum sententiae redimebantur, iniuriarum de-  
nique ab ipsis magistratibus et prouinciarum praefectis factarum tanta erat  
atrocitas, vt ne religiones quidem sanctissimae curarentur, quod Verri-  
istius fere aequalis, exemplum perniciosissimum testatur. Quid mirum igi-  
tur, si Noster hic v. 49-52. et aliis locis, vt Od. L. III, c. 4. carm. saec. cet.  
ad maiorum frugalitatem, iustitiam, fortitudinem, religionem et omnem  
omnino morum probitatem, ciues suos reuocat?

v. 53-56 — Quicumque mundo terminus obstitit t) cet.

Licet hic quidem alias ab Romanis ante hanc aetatem terras gentesque bel-  
lo superatas intelligi, malim tamen de reliquis, praeter Parthos, ex Virgillii  
et Nostri mente, et Aegyptios, ab Augusto victis et debellatis gentibus ter-  
risque accipere, quas, <sup>et</sup> aliis <sup>tam</sup> omissis, Suetonius Aug. c. 21. enumerauit.  
Sed videtur simul hoc agi: futurum esse, vt Romani imperii fines u) lon-  
gius propagentur expeditionibus, siue has tum nouas Augustus molitus sit,  
siue a proximis principibus suscipiendae praedicantur, quas, quae cupiditas  
regnandi tum Augusti tum proximorum fuit, facile praeuidere vates poterat.  
Insignis profecto et principis et populi laus, totum, quantus terrarum tum  
cognitus orbis fuerit, x) liberum istorum armis et cupiditati exponi.

qua parte de brach. c. dambraus bene: qua parte mundus solis ardore succiditur, qua nubibus, y)  
frigoris moderatib. v. 57. sqq. Sed bellicosis fata Quirittion cet. Lambinus: haec fata: eos belli  
obrigicat. ceteris gentibus praestituros, imperio sui sine latissime palaturos.

Illam belli fortuna hac lege promittitur, ne nimium pii y), et freti suis re-  
bus, Deos igitur nihil curantes, auitae Troiae testa velint reparare. Inuo  
sibi constans sic loquitur, quippe cuius animum Troiae instauratio fuisset ad  
veterem

\*) Liber scriptus Basil. a Ge. Fabricio collatus pro obstitit exhibet existit, quam non sper-  
nendam scripturam singularis excell. Mulleri humanitas me docuit. In eodem libro ex-  
stat v. 54. tangit, quod vereor, vt multis probetur.

u) nec repugnauerit Tacitus Ann. I, II. fin. vbi v. Lipsius.

x) Cf. Virgil. Aen. III, 230. sq. Idem ipse voluit ib. VII, 998qq. et 257. sqq.

y) Pietatem Romanorum Hensibus praestitam Baxterus ad hl. probauit. Sed melius Lambinus  
essent in eo nimum pii, si, quod a Troianis se profectos et oris  
esse sciunt, Troiam instaurare ac reficere conarentur; num  
pii i. e. nimum amantes patriae, nempe Troiae.



veterem inuidiam reuocatura. Itaque hic intercessio quidem instaurandae vrbi inest, sed quae exempli loco posita sit, impietati prorsus omni neglectoque Deorum cultui et iussis intercessura. Istam instaurationem et id genus alia si quis cogitabat, nae is Deorum nullam plane curam habebat, quos vrbi tam infestos fabula docebat.

Exspectatur iam grauis<sup>2</sup>imorum malorum enumeratio, quibus, in hanc legem <sup>causae</sup> ~~(i. e. omnino in Deos)~~ <sup>causae</sup> peccatur<sup>1</sup>, confligendum dea minetur. Quid Nolter? v. 61-68. *Troiae fortuna tristi clade interabitur — ter si resurgat murus aeneus — ter pereat meis excisus Argiuis.* Scilicet hae minae istae grauis<sup>2</sup>imae sunt. Cogites, quaeso, annon vel secundum hanc Horatii fabulam poenae lenitas maior sit? annon et hic atrocissima calamitatum, quae in hunc vt excitentur futurae sint, tempestas expectetur? Mihi quidem persuasum est. Quid igitur? Si meam rationem sequi volueris, obscure hic sed prudentissime mala praedixit, quibus Roma a Diis adfligeretur, v. c. quibus imperii Romani opes conciderent, ni impietatem fugissent, et maiore cura, quam adhuc factum ab ipsis esset, Deos coluissent, quam negligentiam execratur vt hic et alibi, vt Od. L. III, c. 6. et carm. faec. cet.

Ea Iunonis oratio si ad fabulae regulas exigatur, neminem esse puto, qui contra has peccatum moneat, nec dubito, quin tantum absit, vt audacior, quam plerique existimant, et reprehendenda digressio iudicetur, vt etiam praecipuum poetae, quo carmini non parum ornatus adferatur, argumentum esse adpareat. Nec vniuersi carminis lux, hac mea ratione inita, desiderabitur. *Argument. in dissuadendo vltimo Horatii mythic. vt Od. III,*

*27. periculo summae a navigatione deterrea conatus: quem locum debet Barthio*  
*l. c. p. 42.*

Haecenus Horatius. Nunc Virgilius in scenam prodeat.

Hic quam illustrem ex carminibus laudem consequutus est, et Aeneis atque Georgica meritam sibi vindicant, illam minimam partem Bucolicis deberi, dudum est, quum viri doctissimi contenderunt. Iam nemo et his

iustum pretium abrogare ausit, in quibus sunt profecto et tota carmina et singulae partes, quae excellentem in primis artificem prodant, ipse univ-erse tamen ei, quem sibi ad imitandum proposuerat, Theocrito longe cedit. Pastores quidem suos patriae institutorum morumque immemores non raro effinxisse, una est et consentiens eorum vox, qui hac de re praeceperunt, de quibus unum Heynium V. III. excitasse sufficiet.

Quod ne contumeliosius dictum videatur, age Idyllium I. sub iudicium vocemus. Hic cognoscitur Virgilius, conciliaturus gratiam Augusti, cuius beneficio praedia Mantuana militum veteranorum atrocitate sibi erepta vindicauisset, fortunae, qua nunc ipse utatur, magnitudinem sic tollens, ut eam adumbrata eorum, qui ex agris suis cieci sunt, miseriae imago clariorem reddat. Meliboecus enim Virgilii de possessione patriae depulsi miseriam plorat, Tityrus eiusdem, qua nunc Augusti munificentia recuperatis praediis fruatur, felicitatem praedicat. Sed hic Tityrus morum patriae, quod par erat, rationem non habuisse videtur. Fingitur enim villicus Augusti, seruilis conditionis homo  $\alpha$ ), cui agrorum et pecudum cura mandata esset  $\beta$ ), ab Augusto hero libertatis redimendae causa Romam venisse. Quem (v. 46.) primum sibi responsum tulisse petenti ait: Pascite ut ante boves, submitte tauros, i. e. ut Meliboecus v. 47. recte accepit: quos adhuc agros coluistis, ii vobis manebunt. Quis est, quin hic libertatem ab hero impetratam cum retinendae possessionis agrorum beneficio non bene mixtam esse videat? Et primum quidem nec ista fictio verisimilis est, qua Augustus, quem in agro Mantuano praedia habuisse ne constat quidem, huic seruo suo, villico agros adhuc a se cultos addixerit. Deinde etsi in libertate ciuis Romani maxima felicitatis pars spectabatur, eademque de causa, ut, quanto ab Augusto adfectus beneficio esset, doceret, adumbratus dici libertus potest, hic tamen libertas et constans agrorum usus, quasi neutrum sine alterutro, esse posset, fingi non debebant, quae hic manifeste finguntur. cf. v. 6-10; 28-36;

41-47.

$\alpha$ ) vid. v. 27-48.

$\beta$ ) v. III. Heynium ad v. 28. et Tom. III, p. 231.

41-47. Nam v. 28. Tityrus, vt se in libertatem vindicaret, Romam profectus dicitur, eamque se respexisse (i. e. obtinuiffe) ait v. 28-46. at v. 47. Augustus nihil de libertate, sed de solo non sollicitando agrorum vsu respondet, vt igitur Noster vtrumque idem valere iusserit *b*). Iam quantum tandem istud beneficium fuisset, si ab Augusto herō Tityrus seruus ex peculio libertatem redemisset? quanta miseria, si villicus, siue seruus, siue libertus his agris veteranorum iniuria deturbatus cum aliis heri agris sedem permutasset?

Haec profecto non obscura neglectae artis indicia sunt, nisi quis Nostrum libertate immunitatem ab edicto, Mantuanorum agros veteranis largiente, cuius nulla apud veteres mentio fit, et v. 46. 47. vindicatum ipsi a veteranis per Augustum possessionem adumbrare voluisse dixerit. Sed nunc alia adgrediamur.

Id. I, 54. molestum iure Burmanno et Heynio *semper* est, malim vero hic priorem <sup>v. III.</sup> ~~hanc~~ quam alteram rationem tueri, posterior enim verborum mutatio violentior est, ista faciliior, <sup>qua</sup> ~~est~~ solum *semper*, <sup>ad</sup> ~~quod~~ iam Seruio in libro suo inuenit, <sup>lectum</sup> mutatur. Ex his, quae ibi proposita sunt, *surgere* verbum ita elegerim, vt *surget* scriberetur, certe *surget* et *semper*, si literis minusculis media aetate barbarie obsita vsurpatis scribas, discrepantiae non multum cognosces. Satas autem salices non ita multo ante, post impetratam libertatem, intelligendas putauerim, quas, dum adoleuerint et fronderint, apes esse aduocaturas Meliboeus existimat.

\* Cl. Zeuing in  
Ephem. lit. disp.  
a. 177. p. hanc  
coniecturam duri-  
orem pronuntiat.

Id. III, 60. Nec ego negauerim Nostrum ante oculos Arati habuisse  
*μετα Διός παρὰ αὐγίας* cet.  
eo tamen, quo ab Arato, sensu, ex Stoicorum mente adhibita non adfirmauerim. Poterant ab hoc mutuo sumi, sed nihil impediabat, quo minus  
iis

*b*) Sic plana erunt, quae III. Heynius ad v. 28 p. 6. de omiſſa libertatis acceptae mentione notauit.



iis alius, nec a pastoris persona abhorrens, quod hic factum III. Heynius contendit, vsus tribueretur. Mihi quidem Noster nihil voluisse videtur, nisi: totam terram et omnes adeo homines numen Iouis moderatur et curat. Eo igitur modo, v. 60. 61. haec subiecta vis est: Iupiter omnia curat, curat terram, curat ipsa mea carmina; alter vero suo: *et me Phoebus amat*, ad propriam Phoebi curam prouocat, quasi per hunc se certamine superiorem discessurum esse exspectans.

Ib. v. 109. 110. Felicissimam Eberti V. C. emendationem suppeditauit idem V. III. Tom. III. p. 215 hanc:

— — et quisquis *amatos*

Aut metuet, dulces aut experietur *amores*.

At vel sic tamen manere iudicat vir praestantissimus aliam eamque potiorrem difficultatem in sententiarum nexu. Quid enim, inquit, est hoc: *Vitulam habebit et hic et hic et quisquis* cet. et mansit in eo, vt vtrumque versum ex margine conflatum arbitraretur. Equidem probata Eberti emendatione non haerebam, quum illa vniuerse quidem, sed sic, vt carminis tenor suaderet, a vate dicta acciperem. Alter enim, Menalcas cecinerat tristes amores, alter, Damoetas dulces; ergo vtrumque Palaemon dignum proposito praemio statuit et omnes eos non minus praemio, si quod propositum fuerit, dignos iudicat, qui *aeque bene atque isti* cecinerint.

Id. III. maxime torfit interpretes, adeo vt ad ipsum Iesum Christum, hominum seruatorem, traherent. Nauzei nunc aliorumque sententiam non improbat idem III. Heynius Tom. III, p. 216. „Hi enim de nuptiis Octauiani cum Scribonia intelligunt, quacum tamen anno sequente diuortium fecit, suscepta ex ea Iulia, ducta illa in matrimonium ineunte anno, quo Pollio Consul erat, partui iam tum vicina, quum Iulia sub anni sequentis initium nata sit. Et profecto, quando Roma in expectatione erat, quam prolem Scribonia ederet, poterat Virgilius filium ominari et meliorem inde rerum conditionem augurari. „ Quam quidem interpretationem equidem aliis praefere

ferre nullus dubito. At sic v. 7. non viderim nouum melius et iustius hominum genus sed hunc diuinum edendum puerum cum eiusdem futura progenie (cf. v. 49. nam v. 8. *nascens puer* illud illustraturus adiecisse videtur.) v. 11. (decus hoc aevi) eundem, vbi ex *aevi* intelligam *aeuum* vel pro *aevi* malim *aeuum*, quo (*aeuum inire*) *nasci* significari in promptu est; non minus v. 15. 16. ad puerum heroem inter diuos referendum, *patris* virtutibus, ad Iul. Caesarem et Augustum cet. traxerim.

V. 62. 63. Scribendum sic videtur:

— — qui non risere parentes,

Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est?

Qui iam Quintilianus et Seruius agnoscunt. Altera et lectio et interpretatio qua ratione aptae huic loco sint, non perspicio. Egisse hoc poeta videtur: qui tandem parentes tam duri ac barbari sint, qui *tali* puero non rideant, vel riserint? et qui Deus *talem* puerum mensa, aut quae Dea cubili non dignum habeat, vel habuerit? i. e. tibi inter Deos locus erit. Sic omnia, mea quidem sententia, liquent, et orationis consequentiae vis nulla infertur.

Id. V, 5. praestare arbitror *mutantibus*. Alterius quidem *mutantibus* scripturae potestas subiecta iam *ro* incerta est, nec hoc sententiae virtus augetur, quum illud causam *ro* incerta reddat. Pronior etiam librariorum mutatio erat exquisitioris quam maxime obuii.

Id. VII, 19. — — *alternos* Musae meminisse volebant. Hoc si cum *alternis* permutetur, oratio minus, quam, vbi *alternos* probaueris, impedita erit; tunc poeta significat: carmen alternis versibus canere volebant, vt igitur *Musae meminisse* hic idem, quod v. 18. contendere versibus vel sic celebrare *Musae* carmine sit.

lb. v. 31. pro *leui* posuerim *laeni*, sed sic seve accipi, post rid.

Id. v. 66. Coniugis vt magicis sanos auertere sacris

et metri leges *suadeo*  
vt dicitur or. 33. Olymp. Hecate  
quod iugiter operantur.

Experiar sensus. Vulgaris ratio, quam nunc V. III. Tom. III. p. 223. sequitur, longe posthabenda alteri videtur ad h. I. p. 38. Tom. I. propositae. Nympham, Daphnidis vxorem, magam loquentem induci fabula suadet, de mariti insania, qua alienae puellae in vrbe captus amore pereat, iure conquerentem. Ipsa Theocritea imitatio ex Id. II, 3. 4.

ὡς τοι εἶμι βαρυνεῦντα φίλον καταδυστομασ ἀνδρα  
ὅς μοι δαδευκταίος ἀφ' ἡ τάλαισ ἐνδὲ πόλιν

simplicior est, si maga fingitur animum Daphnidis ab ea, quam in vrbe amaret, puella auertere et auocare instituisse. Quo pertinet etiam: ducite ab vrbe Daphnim cet. Sed vel sic dictio: *auertere* sacris magicis *sanos sensus* offendit. Certe *auertere ad sanos sensus* (amoris vxoris ab amore alterius puellae) legibus linguae melius respondeat. Itaque hic legerim:

Coni, *ad sanos mag. au. sacris Exp. f. Ut certe saluo sensu abesse potest.*

Id. X, 63. coniiiciebam *ψσαν* (Lycorin) r. c. f. quasi auxilium ab ipsis filuis petatur ad recuperandam Lycorin.

Sed haec haecenus. Nunc ad TE redit oratio, MOSSDORFI AMICISSIME, TE, vt societatem nostram, qua nihil TVI studiosius est, TIBI habeas commendatissimam, obtestatura. Quod reliquum est, vale resque TVAS age numquam non. felicissime.



Fragment of text from the adjacent page, including the number '11' and other faint characters.







Kapsel

78 M 434

[ 10 ]

VD 18

ULB Halle

3

008 560 501





*De*  
*Romanorum in Deos pietate*  
*eiusdemque Horatii monitore Horatio Haeco*  
*Od. l. III. Carm. III.*  
**DE**  
**CONSILIO HORATII**  
*admonita excitata*  
*ab Horatio OD. L. III. C. III.*  
*in Deos pietate*  
**CONIECTVRA**

CVM SPECIMINE  
 ANIMADVERSIONVM IN VIRGILII BVCOLICA

QVIRVS

12

SSDORFIVM

a. c.  
 TISSIMVM  
 SCESSVM PARANTEM  
 EQVITVR  
 NA IENENSIS  
 E  
 D HABERLAND,  
 IN. CAND.  
 ET BIBLIOTHECAE

CCCLXXVII.

SCHERRIL

